

I

Dypl. 422



N O

D O

G

VIRTVT

ROMA, quæ i

celeberrima scien

rata existit, atq

tificijs, & Imperio



IN NOMINE DOMINI AMEN

GLORIOSA STVDIORꝶ MATER ET VIRTVTVM ALTRIX VRBS ROMA, quæ inter omnes mundi Ciuitates celeberrima ſcientiarum omnium ſtudio decorata exiſtit, atq; ſingularibus priuilegijs Pontificijs, & Imperialibus ſublimata, cuius etiam



in toto terrarũ orbe veneranda famoſiſſima, &
antiquiſſima Clariſſimorũ virorum vnde-
cũq; confluentium auctoritas ſydereis veluti
ſplendoribus illuſtrata obtinet principatum,
illos duntaxat ad publicam, et eminentẽ Ca
thedram, ſupremiq; Doctoratus ſplendidiſſimã
dignitatem ſublimare, erigere, & extollere con-
ſueuit, quos longo exercitio, laboribus, ſummis
vigilijs, omni deniq; conatu, ſpretis, et poſtha-
bitis huius mundi voluptatibus ſeſe doctrinæ
penitus dantes ipſam diuinam Sacræ Theolo-
giæ ſcientiam adeptos maximis laudibus, &
veriſſimis teſtimonijs accurate reperit proba-

---

tiſſimos, & quo
certamen digno
rit virtutũ copia
currente, vt ſi ali
quopiam ſemina
gubernationem e
miſſarũ curam, &
exerceant, populo
leſti enutriant, atq
ligione contineant
hæc omnia intellig
Adamus Opatou
Cracouieñ Diœceſ

tissimos, & quos præsertim subtilis examinis
certamen dignos tam sublimi gradu ostende-
rit virtutũ copia, meritorumq; excellentia cõ-
currente, vt si aliquando aliqui tanquam ex
quopiam seminario Deo vocante ad populorũ
gubernationem eligantur, Ecclesiarũ sibi com-
missarũ curam, & regimen digne, et sapienter
exerceant, populosq; Christianos doctrina cæ-
lesti enutriant, atq; in officio, & Catholica Re-
ligione contineant, atq; conseruent. Quare cũ
hæc omnia intelligeret Illris & Adm: R. D.
Adamus Opatouius de Ciuitate Opatouię
Cracouieñ Diœcesis Artium, & Philosophiæ

Uniuersitatis Cracouiensis Doctor, qui priùs multos per annos haud segnem operam Sacræ Theologiæ studio nauauit, cuperetq; propterea ad Doctoratus gradum in sacra Theologiæ facultate promoueri. Per Adm: R. P. Magrum Frēm Lucam Castellinum Procurem Gnalem Ordinis Prædicatorū, & Adm: R. P. Magrum Frēm Theodorum à Cremona Procurem Generalem Ord: Carmelitarū dicti Domini Adami Promotores Rmo. in Xpo Pri F. Hiacynto Petronio Ord: Prædic: Sacri Palatij Aplici Magro Iudici ordinario à Smo. D. N. D. PAVLO diuina prouidentia Papa Quinto vigore literarū in forma

Breuis sub A
sexta Septem
catus sui ann
Dnus Adam
minandus, &
& ob hoc in pr
virorum se sub
infrascriptorum
tij Emporiensis
stini, & Adm: R
sua Procuris Gn
ne examine dtu
conclusiones sibi

Breuis sub Anulo Piscatoris, & Dat. Tusculi die
sexta Septembris Anno M.DC.XIV. Pontifi-
catus sui anno X. expeditarum deputato idem
Dnūs Adamus legitime fuit præsentatus exa-
minandus, & approbandus in Sacra Theologia
& ob hoc in præsentia plurium Clarissimorum
virorum se subiecit arduo, rigorosoq; examini
infrascriptorum Adm: R.P. Magri F. Lauren-
tij Emporiensis Procuris Gnalis Ord: S. Augu-
stini, & Adm: R.P. Magri Fris Aurelij à Peru-
sia Procuris Gnalis Ord: Seruorum, in quo sa-
ne examine dtūs Dnūs Adamus puncta, seu
conclusiones sibi assignatas miro atq; pulcher-

rimo ordine ſummaq; doctrina legit, et recitauit,
diuidendo, diſtinctiones adhibendo, contraria addu-
cendo, dubitationes ponendo, illaſq; ſoluendo, pro, et
contra arguendo, argumentiſq; eorũdem DD. Doc-
torum de Collegio acutè, ſubtiliter, ac Magiſtrali
more reſpondendo; deniq; adeò doctè, eleganter, ac be-
nè ſe geſſit, vt fuerit ab omnibus dicti Collegij ſa-
cræ Theologiæ Doctoribus in ſacra Theologia ido-
neus, intelligens, & peritus habitus, tentus, et exi-
ſtimatus, & ob id in ſacra Theologia concorditer,
pari voto, cunctis ſuffragijs, ac nemine peni-
tus, penitùs, penituſq; diſcrepante à Doctori-
bus Doctoratu dignus fuerit approbatus. Inſuper

habita prius d
gione, & Fide C
Dñi Adami
ramento ſuper
bus prædicti R
cis ordinarij p
gilter conſidera
quibus eundem
illuſtrauit, pro
demonſtrauit, c
cij quo fungitur
meritum, digni
tum in Sacra Th

habita prius debita informatione de illius Reli-
gione, & Fide Catholica, ac præcedente eiusdem
Dñi Adami Fidei Catholicæ professione, ac iu-
ramento super sanctis DEI Euangelijs in mani-
bus prædicti R^{mi} Sacri Palatij Magistri, et Iudi-
cis ordinarij præstito, idem R^{mus} Sacri Palatij Ma-
gister consideratis scientia, moribus, & virtute,
quibus eundem Dñum Adamum Altissimus
illustrauit, prout in dicto suo examine mirifice
demonstrauit, auctoritate Apostolica, et sui Offi-
cij quo fungitur, eundem Dñum Adamum bene-
meritum, dignum, sufficientem, & idoneũ habi-
tum in Sacra Theologia Doctorem, et Magistrũ

fecit, creauit, & solenniter ordinauit: itaut in fu-
turum omnibus, & singulis priuilegijs, indultis,
immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, gra-
tijs, fauoribus, dignitatibus, prærogatiuis, & præ-
eminentijs quibus alij huius, & quarumcūque
Vniuersitatū totius orbis in Sacra Theologia
Doctores, & Magr̄i de Iure, vel consuetudine,
aut aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, &
gaudent, ipse quoq; Dnūs Adamus Theologiæ
Doctor creatus vti, potiri, & gaudere possit, et de-
beat. Dans insuper, & concedens sibi licentiam,
liberamq; facultatem, et auctoritatem legendi, do-
cendi, glossandi, interpretandi, & Magistralem



Cathedram ascendendi, similiter alios omnes,
& singulos actus Doctoreos publicè, et priuatì
exercendi pro eius libito voluntatis. His sic per-
actis prætus Dnūs Adamus considerans quòd
ad perfectionem cuiuslibet humani actus finis
congruus appetendus est per quem appareat pri-
cipium, & medium aptè præcessisse à pto Adm:
R.P. Magro Frē Luca Castellino vno ex dictis
Promotoribus per Rmū P.D. Sacri Palatij Aplici
Magrum ptūm ad Doctoratus insignia confe-
rendum electo, & deputato solita huiusmodi Doc
toratus insignia sibi dari, & concedi humiliter
postulauit. Quamobrem prædictus Admodum



R. P.r Mag.r F.r Lucas Caſtellinus petitioni
eius honeſtæ annuens, libros Sacræ Theologiæ
clauſos, et mox apertos in eius manibus tradi-
dit, digitum anularem anulo ſubarauit, im-
poſuitque capiti eius biretum pro corona, ac ip-
ſum demùm in Cathedram Doctoralem col-
locauit, vt intelligeret ſe inter Sacræ Theo-
logiæ Doctores fuiſſe receptum, prout ad
oſculum fraternum receptus fuit ad laudem,
& gloriam omnipotentis DEI. In quorum
omnium, & ſingulorum præmiſſorum fidẽ,
& teſtimonium præſens priuilegij Doctora-
tus inſtrumentum manu infraſcripti R.mi

…us petitioni
…æ Theologiæ
…anibus tradi
…barauit, im
…o corona, ac ip
…ctoralem col
…Sacræ Theo
…, prout ad
…it ad laudem,
… . In quorum
…illorum fidē,
…gij Doctora
…scripti R^mi.

Sacri Palatij Magistri subscriptum, & Colle-
gij prædicti sigilli soliti appensione roboratum
Ego Notarius, & Secretarius infrascriptus
ad hæc specialiter deputatus de mandato sub-
scripsi, & publicaui. Acta fuerunt hæc Romæ
in ipsius Almæ Vrbis Gymnasio Romana
Sapientia nuncupato sub Anno Domini Nr̃i
IESV CHRISTI Millesimo sexcentesimo
decimo nono, Indictione Secunda die verò vige-
sima tertia mensis Februarij, Pontificatus S^mi
D.N. Dñi Pauli diuina prouidentia Papæ V.
Anno XIV. Præsentibus ibidem Ill^ri. & R. D.
Sebastiano Nuccerino Canonico Sandouier, Ill.

& R. D. Alberto Brisowsky Præposito Sandecen̄, &

Illꝭ.[ri] D. Iusto Slowihousky Iuris vtriusqꝫ Doctore

testibus ad præmissa oīa & singula vocatis, et speci

aliter rogatis.

Fr. Hyacintus Petronius ord: præd:

sac: Apost: Pal: Magr.

Ego Andreas de pettinis clericus foroliuien. officij
S. Rom. et vnlis Inq.nis notus, nec non Collegij pro-
curatorum theologorum rev.mi specialiter deputatus, quia
premissis omnibus una cum prenominatis testibus interfui,
ea rogatus in notam sumpsi, ideo presens documentum
publicum manu R.mi sacri pal. Magri subscriptum, et
sigilli publici d. Collegij appensione roboratum
subscripsi, signaui, et publicaui in fidem &.



IV







